



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 94. De Ferrariæ Ducis negotio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1579.

ge, ut in pecunia numerata centies mille aureos Imperatori penderet, & præter quingenta millia intra decem annos per totidem solutiones numeranda insuper Christinam Neptin suam, ac Regis Daniæ filiam uxorem duceret.

§. XCIV.

*De Ferrariæ Ducis negotio.*

Sub idem tempus Ferrariæ Dux Cæsarem rogabat, ut controversiæ, quam hic Dux cum Papa habebat, arbiter ac iudex esse velit. Placuit Cæsari Ducis consilium, ipse etiam Clemens Papa causæ suæ haud melius consultum iri arbitrabatur, quam si Cæsaris decisione sese submitteret, eo potissimum nomine, quia Carolus ex Barcinonensis fœderis legibus sese obstrinxerat, quod operam suam impendere velit, ut Mutinam ac Reggium recuperaret, necnon Ferrariensis Ducatus possessionem acciperet.

Ceterum magis pertinaces erant Florentini; hi enim cunctas concordiae leges cum Papa ineundas respuebant, nisi saltem eisdem libertatis suæ, quam ad ultimam usque sanguinis guttam tueri statuebant, conservatio promitteretur. Hanc in rem offerebant ingentem auri vim: cum autem condiciones, quas Papa proponebat, eis minus arriderent, re infecta discedebant.

Q o 2

§. XCV.